Skrzidlowsky et Bakowska Roborant.

tio militari ad munimenta ad citationem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra p[rae]sentes terminos officii p[rae]sentis Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque omnes appellationes ad eam inquiriones faciendo promissaque omnia poenis simplicibus vel triplicatis cursionis suspensionis fatalis iuris processus temporis bellorum communiumque cum aliis omnibus iuris remediis et defensiis non subterfugiendo sub sua p[rae]sentis inscriptionis roboratione ad p[rae]missa omnia mediante.

Actum in Castro Premisliensi Feria Secunda post Dominicam Quadragesimalem Reminiscere proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo.

25/II 1630

Potocky Rogowskiemu debet.

Comparens p[erso]naliter coram officio Actisque p[rae]sentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Paulus Potocky sanus mente et corpore existens a terris districtibus iudiciis Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo huic autem Iurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi quoad actum p[rae]sentem attinet se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando ac subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Qui ipse Generoso Ioanni Rogowsky et ipsius successoribus legitimis summam Mille et Centum Florenorum Polonicalis certi veri iusti et liquidi debiti pecuniis monetae et numeri communitatisque apud ipsum pecuniis monetae et numeri in regno currentis quemlibet florenum per triginta

grossos Polonicalibus tenetur atque debet. Quam quidem summam Mille et Centum Florenorum Polonicalium idem recognoscens Generosus Paulus Potocky se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniariis quibusvis debitis et habendis supradicto Generoso Ioanni Rogowsky Creditori suo et ipsius successoribus inscribit et obligat p[rae]sentibus hinc pro die seu festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli in Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Secundo proxime venturo dare solvere et coram officio Actisque p[rae]sentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus realiter et in effectu reponere ac deponere repositamque et relictam summam non eximere nec arrestare vel alio quovis modo impugnare idque sub vadio simili summae Mille et Centum Florenorum Polonicalium per eundem recognoscentem Generosum Paulum Potocky aut eius successores supradicto Generoso Ioanni Rogowsky Creditori suo et ipsius successoribus solvendum summae p[rae]fatae principalis pro tempore et loco solutionis summae p[rae]fatae ad solvendum incumbendo. Caeterum memoratus recognoscens Generosus Paulus Potocky supradicto Generoso Ioanni Rogowsky Creditori suo et ipsius successoribus dat et concedit plenariam facultatem et omnimodam potestatem inscriptionem p[rae]sentem debitoream ex his Actis Castrensibus ac p[rae]sentem depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia quandocunque voluerit transferendi et transferendam quae transportata tantum roboris et valoris obtinere debebit ac si coram ipsis recognita. Cui quidem transportationi p[rae]missis p[rae]sentibus idem recognoscens Generosus Paulus Potocky se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniariis quibusvis debitis et habendis supradicto Creditori suo et eius successoribus inscribit et obligat p[rae]sentibus non contradicendo